



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum Deo competat voluntatem habere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

QVÆS. XXIII. DE VOLVNTATE DEI, ART. I.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Deo conueniat uoluntatem habere.

97. q. 9. a. 1.



QVÆSTIO est de uoluntate Dei. & primo queritur, vtrum Deo comperat uoluntatem habere. & videtur quod non. omnium enim uoluntatem habenti competit secundum electionem uoluntatis agere: sed Deus non agit secundum uoluntatis electionem, ut enim dicit Dion. 4. c. de di. no. sicut noster uisibilis sol non ratiocinans aut precligens, sed per ipsum esse illuminat omnia, ita & diuina bonitas, ergo Deo non comperat uoluntatem habere.

Paulo pri.

¶ 2 Præt. Ex causa contingenti non potest effectus necessarii prouenire, sed uoluntas est causa contingens cum se habeat ad vtrumlibet, ergo non potest esse causa necessariorum. Deus autem est causa omnium tam necessariorum quam contingentium, & sic idem quod prius.

Cap. 3. ante med. 10. 5. Cap. 10. 2.

¶ 3 Præt. Ei quod non habet aliquam causam, non competit aliquid quod imponeret respectum ad causam: sed Deus cum sit prima causa omnium, non habet aliquam causam, ergo cum uoluntas imponeret habitum in causa finalem, quia uoluntas est finis secundum Philosophum 3. Eth. videtur quod uoluntas Deo non comperat.

9. 12. tom. 5.

¶ 4 Præt. Secundum Philosophum in 3. Eth. uoluntarium meretur laudem vel vituperium, inuoluntarium autem ueniam & misericordiam, ergo ei non competit ratio uoluntarium, cui non competit ratio laudabilis: sed Deo non competit ratio laudabilis quia laus, ut dicitur in 1. Eth. non est optimorum, sed eorum quæ ordinantur in optimum, honor autem est optimorum, ergo Deo non competit habere uoluntatem.

92. 1. 10. 5.

¶ 5 Præt. Opposita nata sunt fieri circa idem: sed uoluntario opponitur duplex inuoluntarium, ut dicitur in 3. Eth. inuoluntarium per ignorantiam, & per uolentiam: sed Deo non competit inuoluntarium per uolentiam: quia coactio in Deum non cadit, nec inuoluntarium per ignorantiam: quia ipse omnia nouit, ergo nec uoluntarium Deo competit.

4. de Cons. 1. metro. 9. Com. 54. 1. 2.

¶ 6 Præt. Ut dicitur in lib. de Regulis Fidei, est duplex uoluntas, affectionis respectu interiorum actuum, & affectionis respectu exteriorum. Uoluntas autem affectionis, ut ibi dicitur, est faciens ad meritum: uoluntas autem affectionis est perficiens meritum. Deo autem non competit mereri, ergo nec uoluntatem aliquo modo habere.

9. Metaph. 10. 3. 11. 6. 24. 59. 5.

¶ 7 Præt. Deus mouens est non motum: quia secundum Boet. immobilis manens dat cuncta moueri: sed uoluntas est mouens motum, ut dicitur in 3. de Anima. unde, & in 11. Meta. probat Philosophus quod mouet sicut desideratum & intellectum, ex hoc quod est mouens non motum, ergo Deo non competit uoluntatem habere.

¶ 8 Præt. Uoluntas appetitus quidam est, sub appetitu enim anime parte continetur: sed appetitus est imperfectio, est enim non habiti secundum Augustinum, ergo cum nulla imperfectio in Deum cadat, ut quod ei non comperat uoluntatem habere.

¶ 9 Præt. Nihil quod se habet ad opposita, ut Deo competere, cum talia sint generabilia & corruptibilia a quibus longe Deus remouetur: sed uoluntas se habet ad opposita, cum inter rationales potestates contingatur, quæ ad opposita se habent secundum Philosophum, ergo uoluntas Deo non competit.

¶ 10 Præt. Aug. 14. de ciuita Dei dicit, quod Deus

non aliter afficitur ad res cum sunt, & aliter cum non sunt: sed cum non sunt, Deus non uult res esse, essent enim si eas esse uellet, ergo & cum sunt, Deus non uult eas esse.

¶ 11 Præt. Deo non competit perfici, sed perficere uoluntatis autem est perfici bono sicut intellectus uero, ergo uoluntas Deo non competit.

¶ SED CONTRA est, quod in Psal. 13. dicitur, Omnia quæcumque uoluit fecit, ex quo uult, quod uoluntatem habeat, & ex uoluntate sua res creare, sicut.

¶ 2 Præt. Beatitudo maxime in Deo inuenitur: sed beatitudo uoluntatem requirit: quia beatus dicitur secundum Augustinum, qui habet quicquid uult & nihil mali uult, ergo uoluntas competit Deo.

¶ 3 Præt. Vbiunque inueniuntur perfectiones conditiones uoluntatis, ubi est perfectio uoluntatis, est in Deo perfectissime inueniuntur conditiones uoluntatis, est enim in eo indistantia uoluntatis a subiecto, quia sua essentia est sua uoluntas, est in eo distantia uoluntatis ab actu: quia sua actio est sua essentia est in eo indistantia uoluntatis a fine: sua obiecto: quia sua uoluntas est sua bonitas, ergo in Deo perfectissime inuenitur uoluntas.

¶ 4 Præt. Uoluntas est radix libertatis: sed libertas precipue competit Deo, liber enim est, qui causa sui est secundum Philosophum in 1. Meta. quod maxime de Deo uerificatur, ergo in Deo inuenitur uoluntas.

RESPON. Dicendum, quod uoluntas perfectissime in Deo inuenitur. Ad cuius euidentiæ sciendum est quod cognitio, & uoluntas radicantur in substantia spirituali super diuersas habitudines eius ad res. Est enim una habitudo spiritualis substantia ad res, secundum quod res quodammodo sunt apud ipsam spirituales substantiam, non quidem secundum esse proprium, ut antiqui ponebant dicentes, quod terram terra cognoscimus, aqua uero aquam & sic de aliis, sed secundum propriam rationem: non enim lapis est in animalis species lapidis, siue ratio eius, secundum Philosophum in 3. de Anima, & quia ratio rei ab actu bene concretionem non potest inueniri, nisi in substantia immateriali, ideo cognitio non rebus omnibus attribuitur: sed solum immaterialibus, & secundum gradum immaterialitatis est gradus cognitionis, ut que sunt maxime immaterialia, sunt maxime cognoscibilia. In quibus, quia ipsa eorum essentia immaterialis est, se habet ad ea, ut in eorum cognoscendi: sicut Deus per suam essentiam cognoscit & omnia alia cognoscit; uoluntas autem in quibus appetitus fundatur super habitudinem qua substantia spiritualis refertur ad res, ut habens ordinem aliquem ad eas in seipsis existentibus, & quæ cuiuslibet rei tam materialis quam immaterialis est ad rem alium ordinem habere, inde est, quod cuiuslibet rei competit habere appetitum uel naturalem, uel animale uel rationale, seu intellectuale: sed in diuersis diuersimode inuenitur. Cum enim res habeat ad rem aliam ordinem per aliquid, quod in se habet, secundum quod dicitur modo in se aliquid habet, secundum hoc dicitur modo ad aliud ordinatur. Res ergo materiales in quibus est quicquid eis inest quasi materia obligatum & concretum, non habent libertatem ordinationem ad res alias: sed consequentem ex necessitate naturalis dispositionis, unde huius ordinationis ipsæ res materiales non sunt sibi ipsas causæ, quasi ipsæ se ordinant in hoc, quod

quod ordinantur: sed aliunde ordinantur, unde f. naturalem dispõnem accipiunt. & iõ competit eis habere tantummodo appetitum naturalem. Substantiis uero immaterialib. & cognoscibilib. est ali quid absolute non concretum & ligatum ad materiã, & hoc secundum gradum suã immateriali tatis, & ideo ex hoc ipso ordinantur ad res ordina tione libera, cuius ipse sunt causã, quasi se ordina tes in hoc ad quod ordinantur. & iõ competit eis voluntarie & sponte aliquid agere aut appetere. Si enim arca, quã est in mente artificis, esset forma materialis habens determinatum esse, non inclina ret nisi scdm modum suum determinatum, quem haberet: unde non remaneret artifici liberum face re domum, uel non facere: uel facere sic, aut aliter; sed, quia forma domus in mente artificis est rõ do mus absoluta, non se habens quantum ad se ma gis ad esse, quam ad non esse, nec ad sic quã ad aliter esse respectu accidentium dispositionũ domus, remanet artifici libera inclinatio respectu domus faciendẽ, uel non faciendã. Quia uero in substantia spiritali sensitua, licet recipiantur forme rerum sine materia, nõ tamen omnino immaterialiter & absque materiã conditionibus ex hoc, quod reci piuntur in organo corporali, ideo inclinatio in eis non est omnino libera: quamuis in eis aliqua libertatis imitatio uel similitudo sit. Inclinaur. n. per appetitum in aliquid ex seipsis, in quantum ex apprehensione aliquid appetunt: sed inclinari id, quod appetunt, uel non inclinari, non subiacet di spositioni eorum, sed in natura intellectuali ubi perfecte aliquid recipitur immaterialiter, inuenit perfecta rõ libere inclinationis, quẽ quidem libe ra inclinatio rõnem uoluntatis constituit. & iõ re bus materialib. non attribuitur uoluntas, sed appe titus naturalis: animẽ uero sensitua attribuit non uoluntas, sed appetitus animalis: soli uero substan tiẽ in intellectu attribuitur uoluntas, & quanto est immaterialior, tanto ei magis competit ratio uoluntatis. vñ cũ Deus sit in fine immaterialitatis, si bi summe cõpetit, & propriissime rõ uoluntatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Dion. nõ intendit ex uerbis illis excludere uoluntatẽ, & ele ctionem a Deo: sed ostẽdere uniuersalem eius in fluentiam in res. non. n. ita cõicit suã bonitatẽ rebus, ut quasdam eligat, quas suã bonitatis par ticipes faciat; quasdam uero a participatione suã bonitatis omnino excludat: sed omnibus dat af fluentem, ut dicit Iac. i. quamuis quantum ad hoc, eligere dicatur, quod quibusdam plura, quam aliis dat ex ordine suẽ sapientiã.

AD II. dicendum, quod uoluntas Dei non est causã contingens, eo quod illud quod uult, immu tabiliter uult. & ideo ex ipsa ratione suã immobi litatis res necessaria causari possunt, & præcipue cum nulla res creata sit necessaria secundum se considerata: sed in se possibilis, & necessaria per aliud.

AD III. dicendum, quod uoluntas est alicuius du pliciter, uno mõ principaliter, & alio mõ secunda rio. principaliter quidẽ uoluntas est finis, q est rõ uolendi oĩa alia: secundario autem est eorum, quẽ sunt ad finem quã pp finẽ uoluntatis aut non habet habitudinem ad uoluntatem, quod est se cundarium sicut ad cãm, sed tantummodo ad uolũtũ principalem quod est finis. Sciendum est aut, quod uoluntas & uoluntatum aliquando distinguuntur fm rem, & tunc uoluntatum cõparat ad uoluntatem, sicut realiter causã finalis. Si autem uoluntas &

A uoluntatum distinguuntur tantum rõne, tunc uoluntatum non erit causã finalis uoluntatis, nisi secundũ modum significandi. uoluntas ergo diuina comparatur, sicut ad finem ad bonitatem suã, quẽ secundum rem idem est quod sua uoluntas: distinguitur autem solum fm modum significandi. vñ relinquuntur, quod uoluntatis diuine nihil sit causã realiter, sed solum secundum modum significandi. nec est inconueniens in Deo significari aliquid per modũ causẽ, sic. n. diuinitas significatur in Deo, ut habes se ad Deum per modum causẽ formalis. Res uero creata, quas Deus uult, non se habent ad diuinam uoluntatem ut fines, sed ut ordinata ad finẽ. propter hoc. n. Deus creaturas uult esse, ut in eis sua bonitas manifestetur, & ut sua bonitas, quẽ p essentiam multiplicari non potest, saltem similitudinis participatione in plures effundatur.

AD IIII. Dicendum, quod laus non debetur uoluntati scdm quemlibet actum suum, si laus stri cte accipitur, ut Philosoph. accipit, sed secundum quod uoluntas comparatur ad ea, quẽ sunt ad finẽ. Constat. n. quod actus uoluntatis inuenitur non non solum in operib. uirtutis, quã sunt laudabilia, sed et in actu felicitatis, quã est honorabilium. Constat. n. quod felicitas delectationem habet. & tamen etiam laus Deo attribuitur, cum ad laudan dum Deum in multis locis scripture inuitemur; sed laus communius accipitur quam Philos. accipiat. Vel potest dici, quod laus etiam proprie acce pta Deo competit, in quantum sua uoluntate ordi nat creaturas in seipsum, sicut in finem.

AD V. Dicendum, quod in Deo est uoluntas af fectionis & uoluntas effectiois. uult. n. se uelle & uult se agere quod agit: sed non oportet quod ubi quẽ est altera istarum, inueniatur meriti: sed solu modo in natura imperfecta tendẽte in pfectionẽ.

AD VI. dicendum, quod quando uoluntatum est aliud a uoluntate, uoluntatum mouet uoluntatem realiter, sed quando uoluntatum est idem uoluntati, tunc non mouet nisi scdm modũ significandi. & quan tum ad hunc modũ loquendi scdm Cõ. in 8. Phy. Com. 40. verificatur dictum Platonis, qui dicebat quod pri mum mouens mouet seipsum, in quantum. f. intel ligat & uult seipsum. nec tñ, quia uult creaturas, se quitur, quod a creaturis mouetur; quia creaturas non uult nisi ratione suã bonitatis, ut dictum est.

AD VII. dicendum, quod per eandem naturã aliqd In solut. ad 1. argu. mouetur ad terminũ quẽ nondum obtinet, & in termino quiescit, quem iam obtinuit, unde eiusdẽ potentia est tendere in bonum cum nondũ habe tur, & diligere ipsum, & delectari in eo postquam hẽt, & utrumque horum pertinet ad potentiam ap petitiuã, quamuis nominetur magis ab illo actu quo tẽdit in id, quod non hẽt, rõne cuius dẽ quod appetitus est imperfecti: sed uoluntas indifferenter se hẽt ad utrumque. Unde uoluntas secundũ pri am rõnem competit Deo, non autẽ appetitus.

AD VIII. Dicendum, quod Deo nõ competit ad op posita se habere quantum ad ea, quẽ sunt in essen tia eius: sed ad opposita se habet quantum ad effe ctus in creaturis, quos potest facere, & non facere.

AD IX. Dicendum, quod Deus cum nõ opera tur res, uult res esse; sed tamen non uult quod sic sint. unde obiectio procedit ex suppositione falsi.

AD X. Dicendum, quod Deus non potest ali quo perfici secundum rem: tñ per modum signifi candi aliquando aliquo perfici significatur, sicut cũ dico quod Deus intelligit aliqd. Sicut. n. uoluntatum est perfectio uoluntatis, ita intelligibile pfectio intel. **Quest. d. S. Tho. III 4 lectus**

lectus. In Deo autē idem est intelligibile primum & intellectus, & uoluntatum primum & uoluntas.

ARTICVLVS II.

Verum diuina uoluntas in antecedentem & consequentem diuidatur.

1. p. q. 19. ar. 2. sic. 6.

SECUNDO quaeritur, utrum uoluntas diuina possit distingui per antecedens & consequens. & uidetur quod non. ordo enim distinctionem presupponit: sed in diuina uoluntate non est aliqua distinctio, cum uno simplici actu uoluntatis uelit omnia, quæ uult. ergo in diuina uoluntate non est antecedens & consequens, quod ordinem importet. sed dicendum, quod in uoluntate diuina & si non sit distinctio ex parte uolentis, est tamen distinctio ex parte uolitorum.

¶ 2 Sed contra, ex parte uolitorum non potest ordo in uoluntate poni nisi dupliciter, aut respectu diuersorum, aut respectu unius uoliti: si respectu diuersorum uolitorum, sequitur quod uoluntas antecedens dicatur de primis creaturis, uoluntas autem consequens de posterioribus. creaturis, quod falsum est; si autem respectu unius uoliti hoc non potest esse, nisi secundum diuersas circumstantias in illo uolito consideratas. hoc autem non potest ponere distinctionem, uel ordinem in uoluntate, cum uoluntas referatur ad rem secundum quod in sua natura existit, res autem in sua natura implicita est oibus suis conditionibus. ergo nullo modo in diuina uoluntate debet poni antecedens & consequens.

¶ 3 Præterea. Sicut uoluntas comparatur ad creaturas, ita & scientia & potentia: sed propter ordinem creaturarum non distinguimus scientiam nec potentiam Dei per antecedentem & consequentem. ergo nec uoluntas hoc modo distingui debet.

¶ 4 Præterea. Illud quod non recipit mutationem, nec impedimentum ab alio, non iudicatur ex alio, sed ex seipso tantum; uoluntas autem diuina a nullo potest immutari nec impediri. ergo nec debet iudicari ex alio, sed ex seipso tantum; sed uoluntas antecedens in Deo dicitur secundum Damascenum. ex ipso existens: consequens autem ex causa nostra. ergo in Deo non debet distingui uoluntas consequens contra antecedentem.

¶ 5 Præterea. In affectiua non uidetur esse ordo, nisi ex cognitua; quia ordo ad rationem pertinet: sed Deo non attribuitur cognitio habens ordinem quæ est ratio; sed cognitio simplex quæ est intellectus. ergo nec in uoluntate eius debet poni ordo antecedentis & consequentis.

5. de Consuetudine.

¶ 6 Præterea. Boetius dicit in libro de Consolationibus. quod Deus uoluntatis intuitu omnia cernit. ergo pari ratione ad omnia, quæ uult, uno simplici actu uoluntatis se extendit. ergo in eius uoluntate non debet poni antecedens & consequens.

¶ 7 Præterea. Deus cognoscit res in seipso & in propria natura rerum, & quamuis res posterius sint in propria natura quam in uerbo; non tamen in cognitione Dei ponitur antecedens & consequens. ergo nec in uoluntate poni debet.

¶ 8 Præterea. Sicut diuinum esse mensuratur æternitate, ita, & diuina uoluntas: sed duratio diuini esse proprie hoc quod est æternitate mensurata, est tota simul non habens prius & posterius. ergo nec in uoluntate diuina debet poni antecedens & consequens.

11. s. oratio. 6. de cap. 26.

SED CONTRA est, quod Damascenus dicit in 2. libro. Oportet scire quod Deus antecedente uoluntate uult omnes saluari, non autem consequente, ut post subdit. ergo distinctio antecedentis & consequentis competit diuina uoluntati.

¶ 2 Præterea. Deo competit uoluntas habitualis æterna secundum quod Deus est, & uoluntas actualis, secundum quod creator est uolens res adu esse. sed hæc uoluntas comparatur ad primam sicut consequens ad antecedens. ergo in uoluntate diuina antecedens & consequens inuenitur.

RESPON. Dicendum, quod uoluntas diuina per antecedentem & consequentem conuenienter distinguitur. Cuius distinctionis intellectus ex uerbis Damasceni assumendus, qui hanc distinctionem introduxit. dicit enim in 2. libro quod uoluntas antecedens est acceptio Dei ex ipso existens: sed uoluntas consequens est concessio ex nostra causa. Ad cuius uoluntatem sciendum est, quod in qualibet dicitur est aliquid considerandum ex parte agentis, & aliud ex parte recipientis, & sicut agens est prius facto & principalis, ita id, quod est ex parte facientis, est prius naturaliter eo, quod est ex parte facti. sicut patet in operatione naturæ, quæ ex parte uirtutis formatiua, quæ est in semine, est quod animal perfectum producat; sed ex parte materiæ recipientis, quæ quæ est in disposita, contingit quandoque quod non producat perfectum animal, sicut contingit in partibus monstruosis. & sic dicimus de prima intentione naturæ esse, quod animal perfectum producat; sed quod producat animal imperfectum, est ex secunda intentione naturæ. Quæ ex quo non potest suam indispōnem tradere formam perfectionis, tradit ei id, cuius est capax. & similiter considerandum in operatione Dei, qua operatur in creaturis. Quamuis enim ipse in sua operatione materiam non requirit, & res a principio creatur nulla materia præexistente: nunc tamen operatur in rebus, quas primo creauit, eis ad ministrans præsupposita natura, quam prius eis dedit. & quæ potest a creatura omne impedimentum auertere, quo perfectionis incapaces existunt in forma ordinis suæ sapientie disponit de rebus secundum eorum ordinem, ut unicuique tribuat secundum modum suum. Illud ergo, ad quod Deus creaturam ordinauit quantum est de se, dicitur esse uoluntatum ab eo quasi prima intentione.

IUE uoluntate antecedente: sed quia creatura imperfecta sui defectum ab hoc fine, nihilominus in Deo implet in ea id bonitatis, cuius est capax; & hoc est quantum est de secunda intentione eius, & dicitur uoluntas consequens. Quia ergo Deus omnes homines pro beatitudine suam uoluntate antecedente omnium salutem uult: sed quia quædam suæ salutis aduersant, quos ordo suæ salutis ad salutem venire non patitur propter eorum defectum, implet in eis alio modo id, quod ad suam bonitatem pertinet. scilicet eos per iustitiam dānans, ut sic dicitur a primo ordine uoluntatis deficiunt in seipsum labantur, & cum Dei uoluntatem non faciunt, implet in eis uoluntas Dei. Ipse autem defectus peccati, quo aliquis recidit dignus pena in præsentem, uel in futuro, non est uoluntas a Deo neque uoluntate antecedente, neque consequens: sed est ab eo solummodo permittus, nec intelligendum est ex predictis quod intentio Dei frustrari possit: quia istum, qui non saluatur præcise ab errore non fore non saluandum; nec ordinat ipsum in salutem secundum ordinem predestinationis, quod est ordo absolute uoluntatis: sed quantum ex parte ipsius est, dedit ei naturam ad beatitudinem ordinatam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in uoluntate diuina, nec ordo, nec distinctio est ex parte actus uoluntatis: sed solummodo ex parte uolitorum.

AD II. Dicendum, quod ordo diuina uoluntatis non dicitur esse diuersa uoluntatis: sed pro respectu ad unum & ad alium uoluntatis propter diuersam eorum regem, sicut aliquæ hominum